

INDEX GEOGRAPHICUS

QUI

*Situs & nomina locorum in Scripturis Sacris occurrentium complectitur;
ex Eusebio, Sancto Hieronymo, & quibusdam Geographis
recentioribus excerptus.*

Indicem Geographicum Terræ Sanctæ non ex aliis auctoriis majori fide dignis, quam ex Eusebio Cœsareæ Episcopo, quæ erat illius regionis metropolis, & ex Sancto Hieronymo, qui diutissimè in ea vixit, & loca eius lustravit, contextere possumus. Quibus recentiorum quoque, ut Adricomij, Sansoni, P. Lubin, Abbatis Calmet, & aliorum solers diligentia addi potest. Eusebius enim, ut Hieronymus in Praefatione de situ & nominibus locorum Hebraïcorum testatur, post Chorographiam terre Iudeæ, & distinctas tribuum fortis.... laboravit ut congregaret nobis de Sancta Scriptura omnium pene Urbium, Montium, Fluminum, Viculorum, & diversorum Locorum vocabula; qua vel eadem manent, vel immutata sunt postea, vel aliqua ex parte corrupta. Unde & nos, inquit, admirabilis viri sequentes studium, secundum ordinem litterarum, ut sunt in Greco posita, transtulimus: relinquentes ea quæ digna memoria non videntur, & pleraque mutantes. Cum autem utriusque, nempe Eusebij, & Hieronymi opus temporum lapsu effugere non potuerit aliarum lucubrationum sortem; vocum nempe plurimarum mutationes, aut omissions, aut additiones; viri doctissimi, Bonfrerius olim, & nuperrimè Martianæus, ille ex S. I. Presbyter, hic verò ex ordine Sancti Benedicti, suis notis valde eruditis, quantum fieri potuit, iis mederi conati sunt. Plura è Geographis recentioribus, ut Nicolao Sanson, & P. Lubin, quæ Eusebio & Hieronymo deesse videbantur, præsertim in locis præcipuis, quæque in Scripturis magis celebrantur, adjiciemus. Loca Sacra ponemus prout Vulgata habet, in omnibus ordinem alphabeticum observantes. Ea quæ propria sunt in LXX. & tantum appellativa in nostra versione, ponemus prout in LXX. leguntur, accuratè annotando quibus verbis in nostra versione exprimantur; cum, teste Bonfrerio, Græcis familiare sit nomina propria cedere. Ea quæ sèpius in Scriptura occurunt, citabimus primo plerumque loco, & plerumque addendo: *alibi sèpius, frequenter, vel frequentissime*. Historias, quæ breviter annotantur in Sanson vel Calmeto, non ponemus semper: illi quippe in se sunt libri separati à Biblis; noster autem Index, est instar Appendix ad Biblia adiectus, ubi habita citatione, in eodem libro revidendo fontem, potest historia legi. Significationes nominum propriorum, ubi poterimus, apponemus. Ubi in dividendis, vel ponendis locis auctores sunt diversi, breviter annotabimus. Auctoritatem Bonfrerij non tanti facimus, quanti facimus prælaudati auctoris rationes, plerumque in ipso textu fundatas. Ubi cuiusdam in Scriptura loci assignata posita est expressio, & cum eo ulterius aliquis viculus vel villa occurrit, ex S. Hieronymo annotabimus.

A

ABANA, 4. Reg. 5. v. 12. Fluvius Damasci per planitem Archadob defluens.
ABARIM, Num. 27. v. 12. & cap. 33. v. 47. & 48. Mons in tribu Ruben, in quo mortuus est Moses. Dicitur autem & mons esse Nabo vel Nebo, in terra Moab contra Iericho supra Iordanem in supercilio Phafga.
ABDON, Abra, Madon, unius & eiusdem urbis apud Sanson sunt nomina. *Abdon* vocatur Iosue 21. v. 30. & 1. Paralip. 6. v. 74. *Abra* legitur Iosue 19. v. 28. *Madon* Iosue 11. v. 1. *Sita* est urbs inter Chabul & Rohob. Negat Ioannes Clericus *Abdon* & *Madon* posse confundi; nam *Habran* & *עַבְרָן* *Habdon* nimirum differunt à nomine *Madon*. Vult Sanson בֵּית in מִמְּצָה *Beth* in *Mimutz*, quod dicit fieri posse, nec rem esse sine exemplis in Scriptura; sed prætendit Ioan. Clericus id non esse statuendum sine necessitate, quæ ipsi hinc nulla videtur.
ABEL-BETH-MAACHA, S. Hier. *Bekhaacha* legitur, 2. Reg. 20. v. 14. & 15. Omnia autem nomina eamdem significare civitatem sicut in Tribu Nephthali, probatur ex textibus 3. Reg. 15. v. 20. 4. Reg. 15. v. 29. & 2. Paralip. 16. v. 4. simul collatis.
ABELMEHULA, Iudic. 7. v. 23. & 3. Reg. 4. v. 12. & eodem lib. cap. 19. v. 16. Citatur in Onomastico S. Hier. *Abelmaula*, ab Eusebio *Abelmala*. Erat urbs de principi-

bus Salomonis, in dimidia tribu Manasse intrâ Iordanem, unde & fuit Eliseus Propheta. Significat hæc vox *Luctum*, vel *campum chorii*.
ABELSATIM, Num. cap. 33. v. 49. Bonfrerius prætendit esse eundem locum, qui Num. 25. v. 1. vocatur *Setim* vel *Setim*, eò quod hæc vox planitiem spinarum, seu potius earum arborum, quæ *Setim* vel *Settim* appellantur, significet. Locus est in deserto Moabitaram, postea datur tribui Ruben: ibi de *Bethsimoth* Istrælitæ calramerati sunt.
ABEL VINEARUM, Iudic. 11. v. 33. vocatur in nostra Vulgata, *Abel*, que est vineis consta. Etate S. Hieronymi in primo lapide à Philadelphia, vel, ut Euseb. sexto milleario à Philadelphia, villa *Abela* videbatur vineis constata. Aliam quoque ponunt Hier. & Euseb. civitatem *Abelam* distantem Gadaris duodecim milliaribus versis Orientem. Ex his tamen unicam facit Nicol. Sanfon, quam statuit in tribu Manasse. Aliam insuper *Abelam* vocant S. Hieron. & Euseb. in Phœnicio inter Damascum & Panæadem.
ABENBOEN, Iosue 18. v. 18. idem est ac *Lapis Boen* sicut citatur Iosue 15. v. 6. Est in tribu Benjamin in finibus Tribù Iuda, prope mare salissimum & Iordanem.
ABENEZER, quod interpretatur *Lapis adiutorii*, prout etiam citatur in nostra Vulgata 1. Reg. 4. v. 1. & cap. 5. v. 1. & cap. 7. v. 12. vel ut S. Hier. *Lapis adiutoris*. Est autem locus unde tulerunt Philistini Arcam Testamenti inter *Æliam* & *Ascalonem* iuxta villam *Bethsamis*.

ABES,

INDEX GEOGRAPHICUS.

1293

- ABES**, Iosue 19. v. 20. Civitas in tribu Issachar, inter Cœfion & Rameth.
ABETHARIM, sic legitur apud S. Hier. quamvis forsitan vi-
tiosè, cum *Athareim* sit in Hebreo & LXX. modernis. In
nostra Vulgata, & iuxta Aquilam & Symmachum legitur
per exploratorum viam, Num. 21. v. 1. Verisimile satis est
ab exploratoribus ei loco nomen proprium mansisse.
ABILINA, Luc. 3. v. 1. Syriæ five Phœnicia tractus, cuius
Terrarcha fuit Lyfanias.
ABRAHÆ nemus, ab eo plantatum in Bersabee, postquam
seedus cum Abimelech pro puto iuramenti iniisset, Gen.
21. v. 33. Hoc demum in meridionali parte tribù Simeon
fuit.
ABRAN, Iosue 19. v. 28. civitas est in tribu Aser. In He-
breo legitur *Ebron*. Vide *Abdon*.
ACCAIN, Iosue 15. v. 57. civitas tribù Iuda, non longè à
Zanoë & Gabaa.
ACCARA, ita S. Hier. Euseb. ponit *Acara*, quod significat
pavimentum. Ponitur in nostra Vulgata, Ios. 15. v. 3. *Car-
caa*, quod vide.
ACCARON, Ios. 13. v. 3. ultima versus Septentrionem fuit
Philistheorum Satrapia. Ea primò attributa fuit tribui Iuda, Ios. 15. v. 45. at postea attributa est tribui Dan, Ios. 19. v. 43, sub nomine *Aron*: quo circa potius tribus Dan
censi debuit; quamquam nec Danitæ integrum tenuerint,
quia habitatores primiti nequerunt expellere. Qui-
dam putant *Accaron* esse *turrim Stratonis*, postea *Cæsaream*
nuncupatam. Huius autem Accaron sèpius occurrit men-
tio in Scriptura.
ACCHASELUTH, vocatur sic à S. Hieronymo: Euseb. eam ci-
vitatem vocat *Achesloth*. Vide *Chasaloth*.
ACCHO, Acco, Accon, Achsaph, five Axaph, unus eius-
demque civitatis, que nunc *Ptolemai* appellatur, fortis
Aser, diversa esse nomina, prætendit Nicol. Sanson. *Achsaph* five *Axaph* esse distincta prætendit Ioannes Clericus,
& tamquam distincta ponuntur apud S. Hieron. & Euseb.
Acco occurs in Vulgata Iudic. 1. v. 31. *Achsaph* Ios. 11.
v. 1. *Axaph* Ios. 19. v. 25. *Acco* esse *Ptolemaidam* vide-
tur communi consensu probatum; sed *Achsaph* five *Axaph*
non appetit facile potius miserum cum *Acco*: hoc
Hebraicè scribitur *חָסֶב*, & illud *חָסָב* *Achsaph*.
S. Hier. ponit *Achsaph* esse villulam, que appellatur *Châ-
salus*. Euseb. quæ vocatur *Exodus*.
ACHAD, Gen. 10. v. 10. Describitur urbs inter Arach &
Chalanne, quas omnes ædificavit Nemrod in terra Sennar.
ACHAIA, Græcia pars meridionalis, cuius mentio fit Act.
18. v. 12. in Ep. ad Rom. in 1. & 2. ad Corinthios, ubi
Paulus Corinthum ponit in Achaia: item eisdem memi-
nit Ap. in Ep. 1. ad Thessalonicenses.
ACHAZIB, Iud. 1. v. 31. Civitas in tribu Aser. Ex hac an-
tiquos habitatores expellere non potuerunt.
ACHOR, Hebraicè dicitur *Emecachor*, quod, teste S. Hier. in-
terpretatur *Vallis tumultus*, vel *turbatum*: eò quod ibi tu-
multus & turbatus sit Istræl, quando lapidaverunt ibi
Achan propter furtum anathematis, Ios. 7. v. 24. & 25.
Sita est in tribu Iuda ad Septentrionem urbis Iericho.
ACHRAN, civitas tribù Aser: sic eam scribit S. Hier. LXX.
habent vel *Achran*, vel *Ashran*, Ios. 19. v. 28. ubi nostra
Vulgata habet *Abran*. Vide *Abdon*.
ACHSAPH, vide *Acco*.
ACHZIB, urbs in tribu Iuda, inter Ceila & Maresa, Ios. 15.
v. 44. Distincta est ab *Achazib*, quæ & *Achziba* legitur
in nostra Vulgata, Ios. 19. v. 29.
ACRABBIN, quod Hebraicè significat Scorpiones, & sub
nomine *Acsensus Scorpionum* citatur in Vulgata, Num. 34.
v. 4. & est transitus à deserto Edom in tribum Iuda. Oc-
currunt etiam Ios. 15. v. 3. & Iudic. 1. v. 36. quibus in locis
in Hebreo constanter ponitur *Acrabbis*, & sic nominatur
à multitudine Scorpionum.
ACRABATHANE vel **ACRABATHENE**, occursit in Vul-
gata 1. Mach. 5. v. 3. neque videtur ibi esse locus distin-
ctus ab eo, qui superius *Acsensus Scorpionum* nominatur.
Neque est alia *Acrabathene*, cuius meminerit Scriptura.
ADM, urbs in ripa Iordanis, Ios. 3. v. 16. Hanc Calmet
ponit versus Scytopolim & Sarthan.
ADOMMIM, Ios. 15. v. 7. & c. 18. Hebraicè אֲדָמִים
Adummim: dicitur autem *Acsensus ruforum*, seu rubentium
propter sanguinem, qui illuc à latronibus crebro fundebatur.
Erat in tribu Benjamin in confinio tribù Iuda, non
longè à Iericho. Ad hunc locum videtur Christus allusione
loquens in parabolâ, Luc. 10. v. 30. Illic postea, afferre-
re S. Hier. adūcatum est caffellum in auxilium viatorum.
ADON, legitur 1. Esdræ 2. v. 59. & 2. Esdræ 7. v. 61. legi-
tur

tur *Addon*. Urbs est Babyloniae, in qua Iudei quidam de captiuis habitaverant.

ADOR, 1. Machab. 13. v. 20. Vide *Dor*.

ADRIA, Act. 27. v. 27. est mare Adriaticum, quod Italianam ab Oriente & Septentrione terminat. Olim dictum fuit mare Superum; nunc mare Venetum appellatur.

ADRUMETUM, unde navis Adrumetina, Act. 27. v. 2. urbs, ut ferunt, est Africae. Vel, ut prætendit Calmet, *Adrametum* legendum fore, & urbs est Afia, maritima Misiæ.

ADULLAM, vide *Adollam*.

ADURAM, inter urbes tribus Iuda numeratur 2. Paralip. 11. v. 9.

ÆGYPTUS, Hebraicæ dicta *Mexor* seu *Mexrāim* à *Mefraim* filio Cham. Gen. 10. v. 6. Africæ regio amplissima & fertilissima est, non procul à Iudea, Meridiem inter & Occidentem.

ÆGYPTI-TORRENS, Num. 34. v. 5. & alibi sèpius : & Gen. 15. v. 18, vocatur *Fluvius Ægypti*, & est Nilus.

ÆLAM, patria erat quorundam filiorum Sem, ac Metropolis eius erat *Elymais* in Persida nobilissima, & copiosa in argento, & auro, ut dicitur 1. Machab. 6. v. 1. Proinde non immerit Iosephus Antiquit. lib. 1. cap. 6. putat Perseas eodem esse ac *Elamitas*; vel saltem Perseas *Elamitum* propaginem.

ÆLATH, 4. Reg. 14. v. 22. vel *Ailath* ut legitur 2. Paralip. 8. v. 17. vel *Elath*, ut est Deut. 2. v. 8. vel *Aila*, 4. Reg. 16. v. 6. Igitur *Aila*, *Ailath*, *Ælath* & *Elath* censurunt idem esse locus. Urbs erat Idumæa, ac portus Maris rubri, unde in Indianæ ex *Ægypto* navigatur. Illam inhabitasse quandam gentem *Ælamitarum*, cui quondam imperavit Cedorlahomor, verisimili est.

ÆLIA, Ierosolyma sic dicta tempore S. Hier. qui Ierosolymam passim in toto libro de locis Hebraicis sic appellat. Vide *Ierosolyma*.

AEN, Ios. 15. v. 32. *Ain* scribitur Iosue 19. v. 7. & rursus *Aen* 1. Paral. 4. v. 32. & 1. Paralip. 6. v. 59. eadem vocatur *Afan* & significat fumum. Civitas erat Levitica in sorte tribus Iuda, sed postea tribui Simeon concessa, in cuius parte Septentrionalis erat, non longè à tribu Dan. *ÆNAN*, ita omnes Codices LXX. Gen. 38. v. 14. ubi in nostra versione nulla est vox propria, sed S. Hier. vertit in *bivio* itineris pro quo LXX. habent ad portas *Ænan*. Et Hebr. est in *ostio Hennaim*. Et ut S. Hier. testatur, Hebrei affirmant *Ænan* non locum significare, sed bivium. Appellative sumpta significat duos aspedus vel duos fontes, vel oculos, Bonfr. Qui & vuln. non alium esse locum, quam qui Ios. 15. v. 34. in tribu Iuda *Enaim* vocatur. Vide *Enaim*.

ÆNDRA, nulquam in Script. hoc nomen occurrit, sed 3. Reg. 15. v. 20. legitur *Aion*, & *Dan*: ex *Aion* factum esse *Ain*, ut habent LXX. vel *Æn*; & tandem coniunctis vocibus factum esse *Ændan*, vult Bonfr.

ÆNDOR, fuit ætate S. Hier. grandis vicus *Ændor* iuxta montem Thabor ad meridiem in quarto millario. Alias famosus locus *Ændor*. Ios. 17. v. 11. constanter ibi & ubique in nostra Vulgata scribitur *Endor* sine diptongio; proin vide *Endor*.

ÆNGANNIM, Ios. 15. v. 34. civitas in tribu Iuda. Significat haec vox oculorum protectionem.

ÆNNON, prope Salim & Iordanem, iuxta Eusebium octo millibus passuum Scythopoli distans. Locus est in quo Ioannes erat baptizans, Iosan. 3. v. 23.

ÆRMON, vide *Hermon*.

ÆSIMON, sic S. Hier. Vide *Iesimon*.

ÆTHIOPIA, illa quæ Abissina dicitur, maximum est in Africa regnum circa partem Meridionalem. Alia, quam incolebant posteri *Chusi*, in Arabia versus Orientalem partem mari Erythrai seu Rubri, posset vocari *Æthiopia* Arabæ. Hinc oriunda erat uxor Moysis, quæ Madianitis erat & Arabissa, ut liquet Exod. 18. v. 1. & 2. dicitur *Æthiopia* in nostra Vulgata Num. 12. v. 1. ubi in Hebreo textu est *Chusitis*. Præterea in Novo Testamento Act. 8. v. 27. sit meatio *Æthiopia*.

AFRICA, Isaie 66. v. 19. orbis nostri five continentis pars tercia, eaque meridionalior, & quæ Chami posteris est concessa, qui Gen. 10. v. 6. numerantur, duplo ferme Europam excedit, multis in locis deserta, arenis sterilibus obducta, maleficisque animalium generibus infesta; & huius figura est Peninsulæ ferè triangularis inlata.

AGABA, alias *Gabatha*, castellum in quo Galestes Aristobulum regnum affectantem recepit, Ioseph. 13. Antiquit. cap. 24.

AGAD, 8. Hier. regio sita ad radices montis Hermon; & Iosue 11. v. 17. & 12. 7. & 13. 5. legitur in nostra versione *Baal gad*.

AGALLIM, sic citatur à S. Hier. Vide *Gallim*.

AGER BOOZ, proprie Bethlehem, lib. Ruth 2. v. 3.

AGER FULLONIS, 4. Reg. 18. 17. & Isaie 7. 3. & 36. 2. locus in suburbanis Ierusalem, inter Orientem ac Meridiem, non procul ab aortis regiis.

AGER ROBUSTORUM, 2. Reg. 2. 16. in Gabaon.

AGRI SPECULA, 8. Hier. Numer. 23. v. 14. nostra Vulgata vocat *locum sublimem*; appellatur autem Hebraicæ in argento, & auro, ut dicitur 1. Machab. 6. v. 1. Proinde non immerit Iosephus Antiquit. lib. 1. cap. 6. putat Perseas eodem esse ac *Elamitas*; vel saltem Perseas *Elamitum* propaginem.

AHALAB, Iudic. 1. v. 31. urbs est in tribu Aser, cuius habitatores non delevit. Prætendit Nicol. Sanson nullam esse in tribu Aser *Ahalab*, nisi cum *Labanah* respondeat, quæ legitur Ios. 19. v. 26.

AHALACH, 8. Hier. Ios. 11. v. 17. & 12. v. 7. ponit partem montis. In diversis Græcis Codicibus LXX. ponitur *Alac*, *Aalac*, *Aloc*, *Aloch*, &c. propterea dubitari potest utrum sit nomen appellativum, cum LXX. appellative verterint, & alii montem dividenter, montem divisoris, montem *lippidum* seu *lubricum* reddiderint. Verum notat Bonfr. ex natura rerum & genio, solita sèpe nomina propria vel quasi propria locis imponi.

AHAVA, 1. Esdræ 8. v. 15. & 21. & 31. an sit fluvius, an civitas ad fluvium, an utrumque, obscurum est.

AHION, 3. Reg. 15. 20. *Aion* 4. Reg. 15. 29. & iterum *Ahion* 2. Paralip. 16. 4. Erat civitas in tribu Nephthali.

AHOHI, indè erat Eleazar *Ahobites*, unus inter tres fortissimos Davidis, 2. Reg. 23. v. 9. & 1. Paralip. 11. v. 12. Est & Selmon *Ahobites*, inter triginta nobiliores; ac 1. Paralip. 11. 29. Isaie 1. *Ahobites*, &c. 27. v. 4. Dudia *Ahobites*. Verum cum loci huius situs certò non constet, nec in Scriptura occurrit, vult Calmet non esse locum, sed præmemoratos vocari *Ahobites*, quasi posteros ab *Ahoe* tertio filio Bale, 1. Paralip. 8. 4.

AIALON, nullam aliam in Scriptura occurrente, præter eam, quæ fuit in forte tribus Dan, prætendit Bonfr. verum men præterquam quòd ipsa occurrat præmemorata Iosue 19. v. 42. quæ fuit Levitis ex familia Caath tradita, Eusebius prætendit *Aialon* vicum quemdam esse tribus milibus passuum à Bethel absidente, qui tamen, ut prætent, non potuit fuisse celebris illa *Aialon*, de qua Iosue 10. v. 12. cum Bethel nūmīum distet à tribu Dan.

AIALON aliam etiam S. Hier. commemorat duobus à Sichem millibus distans Ierusalem versus. Dicit etiam in Epiphilio Paulæ, 8. Paulam à Sichem ad Bethoron proficisciensem, ad leviam *Aialon* profixisse. Quidquid sit, certum est quòd malè Calmet ponat urbem *Aialon* in tribu Zabulon, ex Iudic. 12. 11. Triplicem autem *Aialon* admittimus; sc. urbem tribus Dan, vallem & præruptum, de quo supra, Iosue 10. v. 12. insuper & vicum alium non procul à Nicopoli. Scindunt interim, quòd pro *Aialon* LXX. ediderint: *Ubi erant urbi*.

AIATH, Isaie 10. 28. urbs in confinio duarum tribuum Ephraim & Benjamin.

AILA, vide *Ælath*.

AIN, vide *Aen*.

ALEXANDRIA, Jeremie 46. v. 25. Ezechiel. 30. v. 16. & Nahum 3. v. 8. Illustris *Ægypti* civitas, & Ptolemaeorum regum *Ægypti* sedes regia, quæ ab Alexandro Magno nomen accepit, quamvis diu ante ipsum illud nomen spud

Pro-

Prophetas audiatur, cum illud per prolepsim explicit S. Hier. in Ezech. cap. 30.

ALICARNASSUS, 1. Machab. 15. v. 23. urbs Afia minoris.

ALIMIS, 1. Mach. 5. v. 26. urbs Galaaditidis regionis in tribu Dan.

ALLEA-BAR-GOZAN, 8. Hier. 4. Reg. 17. v. 6. legitur: *In Hala*, & in *Habor iuxta fluvium Gozan*. Igitur in hac voce composta in Onomastico S. Hier. tria nomina propria implicata sunt, *Hala*, *Habor* & *Gozan*, quæ duo priora apparent esse nomina fluviorum non urbium; posteriorum autem esse unicum nomen urbis, ut videtur indicare LXX.

In Hala, & in *Habor fluvii Gozan*, item significatur in nostra Vulgata 4. Reg. 18. v. 11. Duo autem priora esse nomina urbium & postremum nomen fluvii, colligere possumus ex nostra Versione 1. Paral. 5. v. ult. Bonfr. ea omnia combinare nititur afferens esse nomina regionum in terra Medorum.

ALMATH, 1. Paral. 6. v. 60. erat urbs in tribu Beniamin Levitis ex familia Aaron concessa, & eadem quæ Iosue 21. v. 18. *Almon* vocatur, licet Adrichomius duas distinctas ponat civitates *Almath* & *Almon*.

ALTARE TESTIMONII, quod non longè à Galgala & ad tumulos Iordanis infinitæ magnitudinis adsciverunt filii Ruben, filii Gad & dimidia tribus Manasse, Iosue 22. v. 10.

ALUS, Num. 33. v. 13. & 14. statio Israëlitarum in deserto

inter Daphe & Raphidim.

AMAAD, Iosue 19. v. 26. sexta ex viginti duabus urbibus tribus Aser, cuius nulla amplius fit mentio.

AMALECITIS REGIO, Gen. 36. v. 12. Erat Thamna concubina Eliphaz filii Esau, quæ penerit ei Amalech, ex quo orti sunt Amalecites, qui habitabant in deserto Pharaon prope Madianitas, & ad meridiem terra Promissæ.

AMAM, Iosue 15. 26. Legit Sanson *Amam-Sama* coniunctum, sed in Hebreo ac apud LXX. disiunctum legitur,

prout etiam in Vulgata nostra. Est urbs duodecima prima

partis tribus Iuda, inter Asor & Molada.

AMANA, Cantic. 4. v. 8. ubi citatur cum *Sanir ac Hermon*,

qui montes sunt ad Septentrionem totius terræ promissæ.

AMATH, Iosue 19. v. 36. in nostra Vulgata *Arana* nuncupatur, S. Hier. in locis Hebraicis habet *Amath*, LXX. *Armat* vel *Ammath*. Civitas est in tribu Nephthali. *Amath* regio & urbs propriæ ad terram promissam accedit, non longè ab *Arphad*, prout videtur in variis Scriptura textibus, ut 4. Reg. 18. v. 34. & alibi sèpius, ubi *Amath* & *Emath*, & *Arphad* coniunguntur. Ab hac urbe regio circumvici *Amathis* vocatur 1. Mach. 12. 25.

AMATHAR, S. Hier. In nostra Vulgata Iosue 19. v. 13. dicitur *Ambar*, civitas in tribu Zabulon.

AMEC-CASIS, S. Hier. In nostra Vulgata Iosue 18. v. 21.

appellatur *Vallis Casis*: vox enim *Amec* vel *Casis*, ex qua nomen proprium confectum est, *vallem* significat; *Casis* verò *concionem vel detonsionem*.

AMMA, Iosue 19. v. 30. urbs vigesima prima inter viginti

duas tribus Aser. Item quod 2. Reg. 2. v. 24. S. Hier. dixit *collam aquæ ductus*, illud erat collis nomen iuxta viam,

quæ ibatur in desertum Gabao. LXX. ponunt *Barren Aquæ*.

AMMAN, S. Hier. Deut. 3. v. 11. vocatur *Rabbath filiorum Ammon*, uti & 2. Reg. 12. v. 26. verum 2. Reg. 11. v. 1.

& sèpius, nominatur *Rabbâ*. A Ioseph. *Rabbath* & *Philadelphia* est nuncupata. Erat Metropolis & regia civitas Ammonitarum.

AMON, vide *Hamon*.

AMONA, Ezechiel. 39. v. 16. Hoc nomen non esse civitatis extantis, prætendit P. Lubin; licet eam iuxta mare mortuum conetur Sanson. Ad texum Ezechielis responderet Calmet, cum *Amona* significet multitudinem,

eo nomine denotat propheta copiarum Gog cladem adeo

ingentem futuram, ut locus ubi mortua corpora terræ

mandarentur, appellandus esset multitudo.

AMORRHÆI, nomen habent ab Amorrhœo quarto filio Cha-

naan, Gen. 10. v. 16. Ex ipso varia regna & populi no-